Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



reuertaris ad pacē. non requiescas. nisi reconciliatus fueris fratri. Re-
uoca cum celerrimo affectu dilectionis. reuoca cum humilitate ad gram.
Humilia te illi affectu. prosternere supplici animo ueniam deprecare.
Petenti quoq; tibi ueniam libenter indulge. poscenti indulgentiam.
placanter dimitte. Reuertentē ad pacem statim amplectere. redeun-
tē confestim benigna suscipe caritate. Dimitte ut dimittatur tibi.
ignosce. ut ignosci tibi possit. Peccanti inte non tribuas sedm culpā.
sciens quia & inte ueniturum est iudicium. Non enī habebis in
dulgentiam nisi dederis. Et si ille non supplicet. si sibi dimitti non
postulet. tu dimitte. Si deprecandi humilitatē non subeat. si pecca
tum suum mala conscientia non agnoscat. tu relaxa ex corde. tu di
mitte ex animo. Tu gratis indulge. tu ueniam propria uoluntate con
cede. Dolorē in corde non reseruas. dolorē animi non retineas. Aufer
a corde fratrnam offensionē. alienę nequitię non seruas dolorē. Odiū
enī a regno dī hominē separat. a cęlo subtrahet. a paradyso eicit. odi-
um nec passione adimitur. nec martyrio expiatur. nec sanguine fuso
detergitur.

De Inuidia.

Quid zeli referam ignē. Inuidia cuncta uirtutum germina
concremat. Inuidia cuncta bona ardore pestifero deuorat.
Inuidia animi tinea est. sensum comedit. pectus urit. mentē afficit.
cor hominis quasi quędam pestis depascit. Occurrat igitur contra
zelum bonitas. aduersus inuidiam caritas preparetur. De bono alte
rius non doleas. de alterius profectibus non tabescas. Nullius prospe ri
tate lacereris. nullius felicitate cruciaris. nullius inuidię facibus agite
ris. pacem ama. pacē diligę. pacem cum omibus retine. pacē omnib;
tribue. Omnes in mansuetudine retine. & caritatē amplectere. Probate
amplius amare. quam ipse ameris. Non sis in pace infidus. non sis leuis
in amicitia. Retine semp uinculum constantię. Odientes ad pacē inuita
discordes ad concordiam reuoca. dissidentium corda ad pacē reconciliare.

Litigiosus

Habeto placabilitatē mentis. Habeto animi benignitatē. Prōp-
tus esto in affectu. affabilis in sermone. Grato animo affare omis.
Nullus existat sermo iurgiorum qui concordiam diuidat. fuge
rixas. deuita lites. tolle occasionē litis. caue contentiones. Litē sperne.